

# Liber

appellari solet: id est celum et terra: utique maius est quam solum celum aut sola terra. Et in unoque corpore aliud est magnitudo: aliud color: aliud figura. Non enim et diminuta magnitudine manere idem color et eadem figura: et colore mutato manere eadem figura et eadem magnitudo: et figura eadem non manente: tam magnus est et eodem modo coloratus. Et quecumque alia simul dicuntur de corpore: possunt et simul et plura sine ceteris conmutari. Ne per hoc multiplex esse concorditer natura corporis: simplex aut nullo modo. Creatura quoque spiritualis sicut est anima: est quidem in corporis comparatione simplicior: sine comparatione autem corporis multiplex est. etiam ipsa non simplex. Nam ideo simplicior est corpore: quia non mole diffunditur per spacium loci: sed in unoquoque corpore: et in uno toto tota est: et in qualibet parte eius tota est. Et ideo cum sit aliquid in quis exiguum particulam corporis quod sentiat anima: quis non fiat in toto corpore: illa tamen tota sentit: quia tota non latet. Sed tamen etiam in anima cum aliud sit artificiosum esse: aliud inertem: aliud acutum: aliud memorem: aliud cupiditas: aliud timor: aliud leticia: aliud tristitia: possintque et alia sine alijs: et alia magis: alia minus innumerabilia et innumerabiliter in anime natura inueniri: manifestum est non simplicem: sed multiplex esse naturam. Quia enim simplex mutabile est. ois autem creatura mutabilis.

De simplici et incommutabili essentia dei quoniam multipliciter secundum substantiam nominantur.

## Capitulum VII.

Quis vero multipliciter quidem dicitur Magnus: bonus: sapiens: beatus: verus: et quicquid aliud non indigne dici videtur. Sed eadem magnitudo eius est: que sapientia: Non enim mole magnus est: sed virtute. Sed eadem bonitas que sapientia et magnitudo: et eadem veritas que illa omnia. Et non est ibi aliud beatum esse: et aliud magnum: aut sapientem: aut verum: aut bonum esse: aut omnino ipsum esse. Nec quoniam trinitas est: ideo triplex putandus est. Alioquin minor erit pater solus: aut filius solus: quam simul pater et filius. Quia non inueniatur quomodo dici possit: aut pater solus aut filius solus: cum semper atque inseparabiliter et ille cum filio sit: et ille cum patre: non ut ambo sint pater: aut ambo filii: sed quod semper in unicem: neuter solus. Quia nondicimus et deum solum ipsam trinitatem: quoniam semper sit cum spiritibus et a iabus sanctis: et solus dicimus quod deus est: quod non et illi cum illo deus sunt: ita solus pater dicimus patrem: non quod separatur a filio. sed quod

non simul ambo pater sunt

Trinitatem deitatis nullum triplicem esse dividenda: quod nec tria ibi pluri sunt quam unum: nec unum minus quam tria.

## Capitulum VIII.

Imitans tantus est solus pater: vel solius filius: vel solus spiritus sanctus: qui est filius et filius et spiritus sanctus: nullum triplicem dicendum est. Corpora quippe ad iunctioem sua crescunt. Quis enim qui adheret uxori sue: unum corpus sit: maius tamen corpus sit: quam si soli viri esset: aut soli uxoris. In rebus autem spiritualibus cum minor: maior: adherescit: sicut creatura creatori: illa sit maior quam erat: non ille. In his enim quod non mole magna sunt: hoc est maior: esse quod est melius esse. Melior autem fit spiritus alicui creature: cum adhereret creator: quam si non adhereret: et ideo maior quod melior. Qui ergo adhereret iste dominus: unus spiritus est: sed tamen dominus non ideo maior: quam si statim qui adhereret dominus. In ipso igitur deo cum adhereret equali patri filius equalis: aut spiritus sanctus patri et filio equalis: non fit maior deus quam singuli ex ipsis: quod non est quo crescat illa perfectio. Perfectus autem siue pater: siue filius: siue spiritus sanctus: et perfectus deus: pater et filius et spiritus sanctus et ideo trinitas potius quam triplices.

De solo vero deo patre et filio et spiritus sancto.

## Capitulum IX.

Quoniam ostendimus quod possit dici solus pater: quod non nisi ipse ibi patre consideranda est illa sententia quod deus deus vero solum non esse patrem solum: sed pater et filium et spiritum sanctum. Si quis enim interroget: pater solus verum sit deus: quomodo responderetur non esse nisi forte ita dicamus esse quidem patrem deum: sed non esse solum deus: esse autem solum deum: pater et filium et spiritum sanctum. Sed quid agimus de illo testimonio domini. Pro enim dicebat: et pater nominauerat ad quem loquebatur: cum ait: Hec est vita eterna: ut cognoscant te unum verum deum. Quod quidem arrianis sic solent accipere: quasi non sit filius verus deus. Quibus exclusis: videndum est an intelligere cogamur: cum dictum est prius. Ut cognoscant te unum verum deum: tanquam hoc insinuare voluerit: quod et solus pater deus verus est: ne non intelligemus deum: nisi ipsa tria sicut pater et filius et spiritus sanctus. Non ergo ex domini testimonio: et pater et filius unum verum deum. et simul pater et filius et spiritum sanctum: id est simili ipsam trinitatem: non tres veros deos: sed unum verum deum. An quoniam addidit: Et quem misisti iesum christum: subaudiendum est unum verum deum. Et ideo verborum est: ut te et quem misisti iesum christum: cognoscant

## Capitulum IV.

## Capitulum V.

## Capitulum VI.

## Capitulum VII.

## Capitulum VIII.

## Capitulum IX.

## Capitulum X.